vadij seu vadiorum quo vel quibus solutis vtriusque inscriptionis presenti et omnibus circa contentis satisfacere tuber et eius post tenebuntur. tibus quibus opus fuit Nulla terrestri inscriptionem in praemissis omnibus obstante Quod memoriali firmatum est.

Tharanowski recepit priuilegia super Balicze seruien.

Coram offitio et actis presen castren Praemislien Nobilis Christopherus Tharanowski filius olim nobilis Joannis Tharanowski ex pallatibus terris districtibus iuribus que sub quibus suis propriis recedendo a foro Competenti renunciando Huic vero iuri castren Castren Praemislien secum suceroribus ac bonis sibi quo ad hunc actum attinet plenarie incorporando et subiciendo sanus mente et Corpore existens palam ac per expressum recognouit. Quia literas seu priuilegia super bona villae Balicze seruien post mortem et decessum de hac luce praedicti olim nobilis Joannis Tharanowski parentis sui per Nobilem Zophiam relictam Consortem memorati olim Joannis Tharanowski nouercam eiusdem recognoscentis recepit et manualiter leuat De manibus eiusdem Zophie Nouercae suae tullit recepit et manualiter leuauit leuatque et recepit ad se tullit Quas tandem Literas seu priuilegia praedicta Zophia relicta coniunx praedicti olim Joannis Tharanowski eidem Christophero Tharanowski filio praedicti olim Joannis Tharanowski priuignoque reddidit. Super quo [illegible] offo praefato quitta est.

Actum in castro Premi

sliensi sabbatho ante festum sancte Margarethe Virginis proximo Anno domini Millessimo Quingentessimo octuagessimo tertio 9/VII.

Coram Generosis Alberto Lutoslawski Dapifero terrae Vicecapitaneo et Causarum officii Iudice Dobrogostio Zapolski Notario Castrensibus Praemislien offitio et actis presentibus.

Zolkiewski cedit Riskowski

Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Castren Capitanealibus Praemislien Generosus Nicolaus Zolkiewski Succamerarius terrae Leopolien filius Magnifici Stanislai Zolkiewski Pallatini Belzen mente et Corpore sanus existens A pallatibus terris districtibus foro ac iuribus iurisdictionibus suis quibus suis propriis sibique Competen recedendo et eisdem penitus renunciando Huic vero iuri dom praesentis Castren Praemislien quo ad actum effectumque praesentis recognitionis attinet Se cum succesoribus bonisque omnibus incorporando et subiciendo palam libere ac per expressum recognouit Quia de omni ac integro iure suo et inscriptione Castren Belzen per Generosum Joannem Mniszek Capitaneum Crasnostavien Magnifico Stanislao Zolkiewski Pallatino Belzen patri suo super summam Duorum Millium et Trecentorum florenorum pecuniae monetae numi polonicalis facta et in bonis suis assecurata Ac tandem per ipsum Magnificum Pallatinum Belzen eidem Succamerario Leopolien modo et iure transfusionis in actis Castren Leopolien inscripta et resignata omnibusque lucris et placitis processibusque seu progressibus iudiciariis ex vi ei eiusdem inscriptionis per eundem Magnificum Stanislaum Zolkiew

sky Pallatinum Belzen. supramemorato Gnoso Joanni Mniszek
Capitaneo Crasnostawiensi bonisque eius omnibus Pro vadiis
quibusuis ob Contractum eiusdem inscriptionis Conditionalisque illius
succubit Coram quorumvis Judicio et officio regni producet et obtenta ac
tanctam per ipsum Gnosum Nicolaum Zolkiewsky Succamerarium
pro nunc terrae Leopolien. vigore permissi iuris sui transfusory in
Judicio et officio Castren. Crasnostawien. ad primum usque bannitionis
Continuatae et prosequutae atque etiam ipsa inscriptione transfusoriali
a Eodem Magnifico Pallatino Belzen. sibi supra data
nieut una cum tutione intromissione possessioneque vadiique et vadiis et
omnibus ligamentis et prerogativis in eisdem inscriptionibus originali et
transfusoriali plenius ipsis ac progressibus iudiciariis Contentis
latiorem tenorem et effectum praemissorum in se continentis Cumque omni
iure dominio et proprietate ac utilitatibus universis ex eisdem iuribus
ac bonis illis subsecutis quovismodo provenientibus Nihilque iuris
dominii in eis sibi reservando Sed prout ea omnia ipsum competebant
in Gnoso Stanislao Kiszkowsky de Ghumiscoli heredi et eius
successoribus cedit et condescendit a omnia iura sua praedicta et pra
erogativasque illorum universas in eundem plenarie transfundit et
incorporat Cum plenaria facultate continuandorum pluriorum
praedictorum in quocunque puncto et gradu iuris dependentium Etiam ex
nunc sic coram officio praesenti dat et concedit eidem Gnoso Stanislao
Kiszkowsky realem intromissionem actualem et paca possessione tam in ea
ipsa iura omnia quam bona ipsis subiecta per Ministerialem quemcunque
terrae et districtus illius ubi bona praefata consistunt apprehenden.

praememoratum Stanislaum Kiszkowsky et eius successores praedicta
bona iuribus eisdem subiecta vigore inscriptionum praedictarum ori
ginal. et transfusoriae pluriorumque tenen. haben. et possiden. plu
cra ipsa Continuan. ad eius usque Complacitos ipsius conuerten. Pre
terea se cum successoribus super bonis suis heredibus praefatus recognoscens
inscribit et obligat praesentem inscriptionem transfusorialem ex actis praesentibus
ad acta quaevis autentica regni perpetuitatibus se Complecten.
ante anni decursum transferre et transportare sub vadio
Duorum Millium et Trecentorum florenorum pecuniae Pro quo quidem
vadio in casum transportationis eiusdem inscriptionis transfusorialis
et suorum bona se praenominatus Gnosus Nicolaus
Zolkiewsky Succamerarius terrae Leopolien. cum posteritate
sua eidem Gnoso Stanislao Kiszkowsky vel eius successoribus
Citare permisit tribus pallatinatibus terris dictibus foro
quibusuis propriis et competentibus Coram Judiciis et officiis
Castren. Leopolien. et Belzen. ad quod forum seque citabitur
Quorum iurisdictioni se cum successoribus bonisque suis Castrensis praefatis
sponte subicit et incorporat Semper in primo citationis termino tamquam
peremptorio stare parere ac loco responsionis pro eodem vadio
proquo citabitur ab iudicio seu officio illo non recedendo ad quod
illorum citatus fuit re ipsa satisfacere cum successoribus tenebitur
Terminum ipsum primum peremptorium et alios subsequentes terminos
Nullitatis universum modis et coloribus exquisitis et exquirendis
Motionibus appellationibus earumque prosequutionibus eua
sionibus suspensionibus poenis tertium marcarum

dictis omnibusque ad quaestionem munimenta evictorem seu evictores
veras vel simplici informitatibus actione pro maiori in terrae regno aliisque
dictis omnibus de iure Communi et Consuetudine admitti solitis legali-
busque quibusvis impedimentis differendi prolongandi atque se excipiendi
simul cum successoribus suis omnibus statutorum et constitutionum
publicarum regni atque iuris beneficiis renuncians sub amissione sua
et suorum successorum totius Causae videlicet lutionis praedicti vadii quo solu-
to atque inscriptionis praesentis et in ea contentis satisfacere tenebitur et successores
eius tenentur astricti nulla protestatione praemissis omnibus obstante.

Actum in castro Premisliensi feria secunda ante festum

11/VII. Sanctae Margarethae Virginis proxima Anno domini Millesimo
Quingentesimo octuagesimo tertio Coram Generosis Alberto Lutho-
slawski Gladifero terrae Vicecapitaneo et causarum officii Iudice Dobro-
gostio Zapolski Nottario castrensi Premisliensi officio et actis praesentibus.

Grochowski ressormat consorti sue

Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus
Nobilis Georgius Grochowski Aspallatibus terrestribus dictibus
Iuribus in eis dominibusque suis quibuslibet propriis recedendo a foro
Competenti renunciando huic vero iurisdictioni Castrensi Premisliensi
se cum successoribus ac bonis suis omnibus quoad hunc actum attinet
plenarie incorporando et subiciendo sanus mente et Corpore existens
publice palam ac per expressum recognovit Quia post honestam
Reginam filiam famati olim Andreani Helczner Civis Crac-

oviensis Consortem suam legittimam Summam Trium Millium floreno-
rum pecuniae monetae et numeri polonicalis rationi dotis recepit ac manua-
liter levavit receptamque et levatam ad se tullit Tretibus vero amore
coniugali debito erga eandem coniugem suam, aliam similem summam
nempe Trium Millium florenorum pecuniae monetae et numeri polon-
Rationale veri et iusti dotalitii iuxta super medietate omnium quale
bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium
nunc habitorum et in posterum habendorum ac summarum pecuniariarum quarumvis
tam in deposito existentium quam quibusvis hominum ad fidele depositum
concreditarum etiam ipsi quibuscumque personis cuiuscumque status ac
conditionis quibusvis existentium modo quocumque ac sibi quibuslibet
inscriptarum et in bonis quibuslibet assecuratarum Necnon in medietate au-
ri argenti Margarethorum Clenodiorum lapidum preciosorum vestium
vestimentorum equorum equitiarum pecorum pecudumque totiusque suppel-
lectilis domesticae, videlicet in medietate omnium bonorum modo
quocumque vocatorum et nuncupatorum nullis exceptis et exclusis
sed omnibus in genere et singulis in specie Comprehensis, iudicat
demonstrat dat donat ressormat inscribit dotat et assecurat
summamque dotis et dotalitii insimul iungit Ita quod ipsa Regina
Consors sua in summa dotis et dotalitii simul iuncta videlicet Sex Millium
florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis praedictam medietatem bonorum
suprascriptorum ac summarum pecuniarum Cum omni iure dominio et pro-
prietate omnibusque ad eandem bonorum attinentiis et pertinentiis fructibus
Censibus proventibus laboribus redditibus ac quibuslibet universis et singulis uti-
litatibus nullis exceptis et exclusis sed omnibus in genere et singulis
in specie Comprehensis tenebit habebit possidebit eisdemque utifruct-